Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8340
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



dni nri: ⁊ gra magna erat in ipsis illis. Neq; enim quisq;
egens erat inter illos. Quotqd enim possessores agrorum
aut domorum erant: vendentes afferebant pcia eorum que
vendebant ⁊ ponebant ante pedes apl̄orum. Dividebat autem
singulis put cuiq; opus erat. scdm lucam.
In illo tp: D.d.i.d.s. Ego mitto vos sicut oves in medio lupo-
rum. Nolite portare sacculum neq; peram neq; calceamenta:
⁊ neminem per viam salutaveritis. In quamcumq; domum intra-
veritis primum dicite: Pax huic domui. Et si fuerit ibi filius
pacis requiescat super illum pax vestra: si autem non: ad vos
revertatur. In eadem autem domo manete edentes et bibentes
quæ apud illos sunt. Dignus enim est operario mercede sua.
Nolite transire de domo in domum. Et quecumq; civitatem
intraveritis et susceperint vos: manducate quæ apponuntur
vobis. Et infirmos quæ in illa sunt curate eis. Et dicite illis:
Appropinquavit in vobis regnum dei. Dō p
Fratres: State prudentes. Ascensiones. Lō. e. b. Pcl̄ apli
Vigilate in orationibus: ante omnia autem mutuam in
vobis metipsis caritatem continuam habentes: quia caritas
operit multitudinem peccatorum. Hospitales invicem sine murmu-
ratione. Unusquisq; sicut accepit gratiam in alterutrum illam ad-
ministrantes sicut boni dispensatores multiformis gratiæ
dei. Si quis loquitur quasi sermones dei: si quis ministrat
tamquam ex virtute quam administrat deus: ut in omnibus ho-
norificetur deus per filium xpm dnm nrm. scdm iohnem.
In illo tp: D.d.i.d.s. Cum venerit paracletus quem ego
mittam vobis a patre spm veritatis qui a patre procedit:
ille testimonium perhibebit de me. Et vos testimonium perhibe-
tis quia ab initio mecum estis. Hæc locutus sum vobis:
ut non scandalizemini. Absq; synagogis facient vos. Sed
venit hora: ut omnis qui interficit vos arbitretur obsequium
se prestare deo. Et hæc facient vobis: quia non noverunt
patrem neq; me. Sed hæc locutus sum vobis: ut cum